



# Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere  
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen  
Verhältnisse]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1843**

CLXXXV. Ludekin, Matthias Sohn, Johannes, Elias Sohn, und ihre Genossen  
ersuchen den Rath zu Lübeck, für die von ihnen geleisteten Dienste, ihrem  
Bevollmächtigten von dem ihnen vom Markgrafen Otto ...

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

**CLXXXV.** Lubekin, Matthias Sohn, Johannes, Elias Sohn, und ihre Genossen ersuchen den Rath zu Lübeck, für die von ihnen geleisteten Dienste, ihrem Bevollmächtigten von dem ihnen vom Markgrafen Otto versprochenen Gelde 100 Pfund Pfennige auszuzahlen, wahrscheinlich im Jahre 1280.

Viris discretis ac honestis, consulibus in Lubec, Ludekinus Mathie et Johannes helye una cum sociis suis seruicium cum sincere dilectionis affectu. Exaudiende sunt preces animo diligenti, quas informat nobilitas et amor non deserit honestatis. Quo circa uestro dilectioni rogamus, quatinus nostri seruicii causa latori presentium, Theoderico de wloze, de pecunia uobis promissa a marchione Otthone tempore prefixo, scilicet penthecostes, dignemini sibi dare, omni occasione postposita, centum thalenta denariorum: hoc penes vos fideliter deseruiemus.

Aus der Lübecksch. Urkunden-Sammlung I, Nr. CDVII.

**CLXXXVI.** Der Rath zu Stettin fordert den Rath zu Lübeck auf, zur schleunigen Hilfe gegen ihre beiderseitigen grausamen Unterdrücker, die Markgrafen von Brandenburg, seine Mannschaft zum 14. Juli bei Anklam einzuschiffen, vermuthlich am 30. Juni 1280.

Viris prouidis et honestis, Dominis Consulibus in Lubec, Consules ciuitatis Stetin cum integritate fidei honoris et seruicii quantum possunt. Honestati vestre cum graciaram assurgimus actione, quod ad ea operam prestitistis in omnibus efficacem, quod nos iam quasi minas marchionum Brandeburgensium, nostrorum pariter et vestrorum euasimus crudelium tyrannorum, qui vere salutis nostre inuident, et nullis nostris meritis precedentibus malum nostrum iugiter machinantur. Cum igitur furori ipsorum sine adiutorio vestro non possumus occurrere, Petimus omni diligentia integritatem vestram in omnibus inconcussam, quatenus salutis omnium nostrorum dignemini intendere, et, quemadmodum polliciti estis, a Dominica proxima post festum petri et pauli beatorum apostolorum ad quatuordecim noctes ad Traductum apud Tanglim, qui dicitur Olten vhir, nauigio veniatis in adiutorium nobis subsidio manuali. Speramus enim et certi sumus in Domino, quod ea adiutorio dei et vestro agere et perficere debeamus, que vestre libertati et nostre et omnibus mercatoribus sunt proficua et honesta; Scientes etiam pro certo et in nullo hesitantes, quod Dominus noster Bugislaus omnia vult seruare firma et Rata, que sunt ab auunculis suis Dilectis et ab aliis principibus et a communibus Ciuitatibus confederatis adinuicem placitata. Datum Quorekow, Dominica Respice. Sigillo Ciuitatis nostre Stetin ad presens Caruimus, quare Sigillo Domini nostri Bugislai illustris principis vsi sumus. Discretis viris et honestis Dominis consulibus in Lubek.

Aus derselben Sammlung Nr. CDVIII.